

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Supra januam observatorii ... [Inskription over døren til observatoriet i Benatky]

Citation: Brahe, Tycho: "Supra januam observatorii ... [Inskription over døren til observatoriet i Benatky]", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 214. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54813/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

## CARMINA

Jura illis, qui jura regunt, sunt ludicra jura,  
Unde Polos repetens terras Afræa reliquit.  
Quin tua (crede mihi) tandem bona caula patescens  
Clara triumphabit nullis obnoxia technis.

†

{E codice Vindobonensi lat. 10686<sup>a</sup>; cf. codex Vindobonensis lat. 10702 fol. 158<sup>a</sup> et hujus editio tom. VIII p. 274}

## AD DANIAM EPIGRAMMA.

10<sup>r</sup>

**S**UBTRAXTI reditus, laudes et temporis usum,  
Pluraque tentabas, Patria, damna mihi:  
Ali ego, dante DEO, superans incommoda quæque,  
Confcius et recli, nil tamen illa moror.  
Ingenio genioque meo comitorque fruorque:  
Dania, in hæc poteras juris habere nihil.  
Restituit reditus, laudes et temporis usum,  
Pluraque præstabit Cæfaris ampla manus.  
Ergo ingrata vale, mea Patria, Patria jam sit,  
Quam mihi clementer, magne RUDOLPHE, dabis,  
Donec in abstrusis fine fine et limite cœlis  
Ad Patriam æternam, te duce, CHRISTE, ferar.  
T. B. feci, cum priuatum Bennachiam sive Venetias  
Bohemorum veniſsem mensc Augusto  
annii 1599.

15

20

SUPRA JANUAM OBSERVATORII IN ARCE CÆSAREANA  
BENNATICA.

†25

Quæ renuere alij, RUDOLPHUS sacra SECUNDUS  
Huc Clemente manu transfluit VRANIAE.  
Auspicijs igitur luſtrent nunc CÆSARIS orbem:  
Claret ut ille solo, clareat ille Polo.  
Dum Cœlum et stellæ, dum Sol et Luna manebunt,  
Hinc tibi perpetuo nomina, CÆSAR, erunt.  
Gratiaque Astrorum Authori fit summa, quod altra  
Exilium in terris non tolerare finit.

T. B. fecit.

30

SUPRA JANUAM NOVI LABORATORII IN EADEM  
ARCE BENATICA.11<sup>r</sup>

35

Pyronomæ secreta Artis, quæ Terrea versat,  
Ætheris astriferi viribus æquipara.  
Huc quoque RUDOLPHI traduxit cura SECUNDI,  
Hæc alij pariter dum reprobata forent.

†

Ergo